Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 26 (49)

Forma iuramenti

Ego Romulus Archintus perpetuus Commendatarius Monasterii sancti Bartholomei in Strata nuncupati
Papien. Ordinis sancti Benedicti Congregationis Montis oliveti ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato
Petro sanctaeque apostolice Romane ecclesie et domino nostro domino Pio pp. iiij suisque successoribus canonice intrantibus. Non
ero in consilio aut consensu tractatu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos manus violenter
quomodolibet ingerantur vel iniurie aliquae inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut
nuncium aut litteras ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiu-
tor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo
honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape
et successorum predictorum conservare et defendere augere et promovere curabo. Non ero in consilio facto vel tractatu
in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iuris
honoris status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscumque tractari novero vel procurari impediam
hoc pro posse et quanto citius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad eius notitiam pervenire
possit. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sententias reservationes provisiones et mandata apostolica totis viribus
observabo. Hereticos scismaticos et rebelles domino et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum
veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Possessiones vero ad monasterium meum pertinentes non vendam neque
donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu conventus dicti monasterii mei
inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Jo.
Gratian pro scriptoris
A. Christophori
pro Grangerij Cop.

[illegible] Rome

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1877425486-18/fragment/page=0001
DFG

Romolo
per la Comenda
di S.t Bart. in Strada
pavise

Forma Iuramenti ...

XXIX 259a
(1565)

Morbio 26 (49)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1877425486-18/fragment/page=0002
DFG